

B

V

W



- 1 Γενλογος Ναιμαρτης τῆς θεολογίας κατὰ ευνομία των προδιδασκῶν.
- 2 Gregorij Nysseni ad Eustathianum et Ambrosianum, et Basiliscanum, Epistola.
- 3 Πλατωνος λόγιον περὶ σοφίας.
- 4 Λογιάρχης περὶ τῆς ~~παιδείας~~ παιδείας πικρῶς ἐν διαβόλῳ. cum opta Casel. ad honestū ab
- 5 Caselij ἐπιτάγιος Ioann. Borcholdo perscriptus.
- 6 — — — — — Pindar, sive Magister dicendi.
- 7 Θεμισθιδίς περὶ παιδείας λόγος.
- 8 Caselij Νέος καὶ προδιδασκαλος.
- 9 — — — — — De Nobilitate libellus.
10. — — — — — παραδόξα duo in Educaōe principum.
11. — — — — — Epistola de obitu Magni Zanoseij, ad Thomā Zanoseij fratrem.
12. Alberti Clampi Mithis Arcadius, et pauca alia aliquot alia poemata.
13. Laurent. Rhodoniāni Epōs Manibus Magni Zanoseij, cum Epistolis aliquot Casel.
14. Theodori Adami Panegyricus solenni introducta Acad. Julia die habitus.
15. Barthelomaej Coppen Oratio funebri, de obitu princip. Frid. IV. Comit. palatin.
16. Rudolphi Diepholdi Nona April. in Natal. 21 princip. Frid. Vlder. Duc. Brun.
17. Christophorij Heidmanni Oratio de Verō ac primo hominis bono.
18. Reditus in patriam ex peregrinaōe aliquot annorū, Frid. Vlder. Ducis Brunsvic.
19. Adami Luchtenij oratio in resignacōe Magistratus scholast. ubi et de Calabria.
20. — — — — — Programma de obitu Ioan. Carol. Caselij.
21. — — — — — programma de obitu Henrici Julij a Lippa.
22. — — — — — programma de obitu Frāncis. Parerij.
23. Tobia Paormestteij epistola respons. ad litteras Ioan. Marselij.
24. Caselij epistola ad nuptias Henrici Julij Wittershaejm.
25. Conradi Horneij Epōs, memoria Polycarpi Lysenij consecrat.
26. — — — — — Carmen ad nuptias Henningi von der Döfelnburg.
27. — — — — — Gratulatio Adamo Luchtenio de Restorata scripta.
28. — — — — — Carmen ad Simonem Struvium, in Ethic. disput.
29. Quorundam doctorū virorū, carmina Cornelio Martinij scripta.
30. Conradi Rittershusij epistola ad Andream Paull. patricium Brunsvic.
31. Caselij epistola ad Senatū Göttingesem.

Sequuntur et pauca alia materia quare titulos et auctores
huc ascribi charta angustia non passura erat.

33,

CONRADI HORNEII
BRUNSVICENSIS

Ad

SIMONEM STRV-
VIVM GOSLAR.

CARMEN.



HELMAESTADI,

Ex officina typographica Iacobi Lucij,

ANNO clo. lo. cXII.



SIMONI STRVVIO
GOSLARIENSI.

*Præside Clarissimo & doctissimo
viro,*

NICOLAO ANDREÆ GRANIO Stregnensi Sueco
in Ethicis disputanti.



*Vi felix hodiè tam pulcrum tramite recto
Curris iter, pede inoffenso, virtutis ad ædem,
Non hac præclara temerè tibi sorte fruisi,
STRVVIADA noſter, conceſſũ eſt munere diuũm:*

*Aſt idem à puero es muſarum operatus ad aras
Nunquam non vigili cura, præeunte magiſtro
Inſigni omnimodis, nulliꝰ binc inde ſecundo,
Qui docto teneras effingunt pollice mentes
Ad veterum normam: quo iam compluribus annis
Nomine veſtra alias inter ſupereminet vrbes,
Piniferum ad Rhamnum, paruiꝰ argentea Goſæ
Flumina: iamꝰ etiam, quantum ſit eo inſtar in vno,
Tu teſtis, ciuesꝰ tui, quos ordine longo
Certatim Sophiæ Themidiꝰ litare videmus,
Hic, quâ Iuliadum cæli ſe tollit in auras,
Elmanum propter nemus, altum & nobile templum.*

Non

Non ego, qui princeps ea musis otia fir^{mat},
Ad te nunc celebros, virtutibus omnibus auctum
RECCIADEN, neque quis post hunc ea cura secunda est,
Sed tibi, STRUVIADA, versuque & voce liquenti,
Eque animo, grator, cui, primo flore iuventa,
Nitenti ingenioque acri, & constante labore,
Auspicijs istis tantam defundit opum vim
E media Sophie tam diuite copia cornu.
Nam neque te Cereris deducit fruge relicta
I lignam ad glandem, cuius vestigia seruas,
GRANIVS, eximium gentis decus vltimam ad Arcton,
Cui Phæbus nihil, & nil ipsa Minerva negavit,
Munifica dextra caro capiti omnia donans,
Seu primam indaget sapientiam, & abdita multa
Naturæ rerum, quæ non nisi mente sagaci
In lucem eruere est, seu metiri æquora terræ,
Cæliuagosque orbes, & mœnia dædala mundi,
Quadruplicesque plagas, & quæ cuique incola gens est,
Pandere quis videat, miratus, & insuper ortus
Siderum, & occasus, sermone referre diserto,
Denique, seu quæ sunt vitæ præcepta regenda,
Quæque valent hominum cœtus seruare beatos,
Sive docere alios cernat, sive exprimere ipsum
Moribus eximiè, sincera mente fideque.
In medio specimen, quàm Iuppiter omnibus illud
Egregium numeris! quid enim diuinius vnquam
Nosse datum est homini, post ipsa oracula cœli,

Quàm qui recta tibi ratio benè constet, & huius
Quisq; ad geminam possis suspendere lancem
Actus humanos, ut, seu sibi conscia facti
Mens sit, siue erret, siue hæsitet, omnia recto
Mensures modulo, neq; regula claudicet hilum.
Sic etenim demùm qui sese examinet vltro,
Sicq; animi cæcis affectibus imperitare
Euulsis valeat vitijs, & pectore puro,
Tollat humoq; animos, letusq; adscendat ad arduum
Humanæ cliuum, quoad fors fert nostra, salutis.
Qui contrà facit, is se turpiter exiit ipsum,
Non homō iam, at brutas pecudes magis inter habendus,
Instar mancipij seruit, licet atria regum
Ipse habitet, nitidus gemmis, ostroq; rubenti,
Omni parte miser, quamuis hunc gloria vana
Titillet, vel honos, vel plena numus in arca,
Quem tamen interea, dum iusti spernit & æqui
Legem omnem, seuus multa vibice perennè
Sub proprio latitans Rhadamantus pectore cædit.
At tu, cui melior menti sententia sedit,
Porro age, nunc quod agis, neq; ab hoc decedere campo
Antè velis, quàm sit tibi parta quoq; inde corona.




155592

X2204159

VD 17





TRV=
R.
NICOL

libi Lucij,
F. ...
C. ...
T. ...
P. ...
H. ...
G. ...
M. ...
N. ...